Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

forisq; me calamitas mea non deserit. Ubicumq; fugero. mala mea me
insecuntur. ubicumq; me conuertero malorum meorum me umbra com-
tatur. Velut umbra corporis. sic mala mea fugere non possum. Ego ysidor
ignobilis nominis. homo obscure opinionis. homo infimi generis. Cognitus
per me tantum. Cognitus tantum mihi. Nulli umquam male feci. nulli calum-
niatus sum. nulli aduersus extiti. nulli molestiam intuli. nulli inquietus
fui. Sine ulla querela apud homines uixi. Vitam meam ledere omnes nituntur.
Omnes contra me frendent. Conserta manu. in me pericula ingerunt.
A dexitrum me prahunt. Ad periculum me adducunt. ad discrimen
uocant meam salutem. Nullus mihi protectionem prebet. nullus defensio
nem adhibet. Nullus adminiculum tribuit. nullus malis meis succurrit.
Desertus sum abhominib;. Quicumq; me aspiciunt. aut fugiunt. aut fortasse
me persequuntur. inuentur me quasi infelicem; Nescio que locuntur mihi dolo
se uerbis pacificis. occultam malitiam blandis sermonibus ornant; Aliud ore
promunt. aliud corde uolutant; Opere destruunt. qd sermone promittunt.
Sub pietatis habitu animo uenenato incedunt. Velant malitiam fuco bonita-
tis. calliditatem simplicitate occultant; Amicitiam dolo simulant. ostendunt
uultu qd incorde non gestant. Cui credas. cui fidem adhibeas. quem primum
sentias. Nullus habere fidem nouit. ubi iam fides periit. Ratio
Ablata est fides. nusquam tuta fides. Si legitimum nihil est. si ueritas iudi
cii nulla est. Si equitas abiectus. Si ius non creditur. Si iustitia cunctis
negatur. Pereunt leges auaritia iudicante. cupiditatis amore iura nihil ua
lent. Premia et dona legibus uires tuleruntur. Ubiq; pecunia uincit. ubiq; ue
nale iudicium est. Nullus legibus metus est. nullus iudicii timor est. Inpu
nita manet. male uiuendi licentia. Nemo peccantibus contradicit. Nec sce
lus ulciscitur quisquam. Omne crimen impunitum manet. Iniqui salui fiunt.
innocentes pereunt; Boni indigent. inprobi abundant; Scelerati potentes
sunt. iusti egent; Iniqui honorantur. iusti deicauntur. Iniqui letantur.
iusti inmerore et luctu sunt; homo. Nulla re inpediente. nulla causa. nul
la criminatione. nulla malitia. crimen mihi obiciunt. Crimen mihi inpingunt.
Criminis nodos contra me nectunt. Criminis et suspitionis locum in me con
uertunt; In crimen me periculumq; deducunt. obiciunt mihi crimen. cuius
non habeo conscientiam; Nihil exploratum est. nihil patefactum est. nihil in